

Vir Amplissime.

En Tibi litteras, ab Ampliff<sup>o</sup> Viro Dno.  
PUTEANO ad nos delatas, eâ lege, ut id  
quod Tua Benignitate jam concessum est,  
facilius possit impetrari. Credo de Salvo-  
Conducto eas loqui, quem Anita mea  
vidua Patris Joannis Oem singulari Tuo  
Beneficio accepit. Scrupulus erat de navi  
conscendenda (vix si nauigio iter fiat  
An hoc necessario exprimi oporteat? Ego quidem  
non dubito, quin si quid forte infcitia nostra  
aut aliorum negligentia amissum sit, abunde  
id Tua supplebit Auctoritas, eaque nobis  
si quod oriatur discrimen fore adiumento.  
Sed ne ha littera cassa sint aut irrita,  
Voluit Vir Ampliff. eas ad se deferri, ut  
cum quem in presenti usum negant, possint  
occasione data uberius prebere. Synocae  
si in alieno negotio sim liberior. Anita  
mea ne ingrata aut inhumana videatur  
maximas Tibi Voluit referri gratias, et  
in vicem officij suam suorumque liberalem  
operam despondet. Cui et meam adiungo,  
Felix si eâ usus fueris. Vale.  
Dordraci pridie Idus. sept. cl. Id. CXXXI



Obsequio et operâ  
Tibi Adiectissimus  
Antonius Oem

